ascensus atque descensus diffi-
cultate singulis diebus pluries
visitabat. Quorum et pusillani-
mitatem consolabatur de pa-
ciencia et saluto animo cum
eis conferens et desiderio eorum
in omnibus satisfaciens. Que
et corporis sui ornamenta in
alimoniam illorum vendidit.
Quod licet tam tenere complexio-
nis nobilis illa femina foret,
ut nullam aeris corruptionem
sustinere posset, infirmorum
~~Cum~~ amen tempore estivo fetorem et
corruptionem, qui tunc peri-
culosior esse solet, ancillis su-
per hoc murmurantibus, ipsa
dei gracia adiuvante sine omni
horrore et nature sue lesione
sustinebat, ut ait apostolus
caritas paciens est, benigna est,
omnia sufferens. Et quia ple-
na caritate fuit, hylariter
manibus suis pauperes et in-
firmos tractavit, velamine
capitis sui vultus eorum, sali-
vam eciam, sputum, sordes
oris et narium, ac si essent
aromata, dulciter et leniter
detersit. Nec mirum, Christum
in illis aspexit et fovit. Preter
hos pauperes et infirmos,
habebat in eadem domo Chri-
sti margaritas, videlicet pue-
rulos pauperes ad instar gem-
marum castitate mentis
et corporis nitentes, quibus

singlis
corpis
aeris